

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

974

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

42. Kaiser Otto II verleiht dem Hochstift Straßburg die königliche Münze der Stadt Straßburg und gestattet außerdem, an einem beliebigen Orte des bischöflichen Territoriums eine Münzstätte zu errichten. 974 April 10 Quedlinburg.

In nomine sanctæ et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus. si locis divino cultui^a mancipatis largitatis nostræ beneficentiam^b 5 exhibuerimus et opportuna commodi terreni eis^c impenderimus suffragia, non ad regni divinitus nobis solum collati stabilitatem, verum etiam perpetuæ vitæ præmia feliciter promerenda hoc nobis credimus liquido profuturum. idcirco notum esse volumus omnibus sanctæ dei ecclesiæ fidelibus presentibus scilicet^d et futuris, qualiter nos divino nutu compuncti et per interventum dilectissimæ genitricis nostræ 10 Adelheidæ necnon cæterorum consiliariorum nostrorum pro Christi honore et beatæ memoriæ pii genitoris nostri Ottonis imperatoris augusti aliorumque^e prædecessorum nostrorum æterna retributione et animæ nostræ remedio ad episcopatum^f Argentinensis civitatis, quod est constructum in honorem^g sanctæ Mariæ virginis, cui episcopatus^f presentis tempore præesse dinoscitur vir venerabilis et amator divinæ legis 15 Erchambaldus^h episcopus, quasdam res juris nostri hoc est monetam, quod hactenus ad ipsius præfatæ civitatis compertinere et servire videbatur, cum omni integritate nichil extra dimittenteⁱ per hanc nostræ auctoritatis paginam in servitium dei ac^j prælibatæ Christi genitricis eique famulatum in perhenne proprium donavimus et reddidimus et in jus jam^k dicti sacrosancti episcopii^l firmavimus atque transfudimus 20 et de nostra pietate^m in illiusⁿ dominationem mansuram concessimus ea videlicet ratione, ut ab hodierna die per immortalia temporum curricula, nulla majoris minorisve ordinis contradicente persona, memoratæ res sub jure ac dominatione^o prælibati episcopii^p ejusque rectorum persistent atque inviolabiliter permaneant. et ut hæc donationis et confirmationis nostræ auctoritas inconvertibilem per infinita sæcula 25 in Christi nomine obtineat firmitudinem et a fidelibus nostris verius credatur diligentiusque observetur, manus nostræ subscriptione eam roborantes anulo nostro jussimus insigniri. concessimus quoque venerabili episcopo Erchembaldo et^q successoribus ejus rectoribus scilicet jam dictæ ecclesiæ, ut in quacunque placuerit villa episcopatus^r sui monetam statuat. 30

Signum domni Ottonis magni imperatoris augusti.

Willigisus cancellarius vice Rodberti archicappellani subnotavi.

Data 4 idus aprilis anno incarnationis dominicæ 974, indictione 2, anno regni domni Ottonis 13, imperii autem 6. actum Quidilingeburg^s; in domino feliciter amen.

G aus Würdtwein *Nova subs. dipl. III*, 412 nr. 112 = *Grandidier Hist. d'Als. I* p. j. 35 p. 141 nr. 303; *Schöpflin Als. dipl. I* 125 nr. 154, beide aus dem cod. membr. 1357. *B* coll. *Straßb. Bez.-A. G* fasc. 482 cop. chart. sec. XVI. Darnach *Lecrault Essai sur l'anc. monn. de Strasb. p. 424* nr. 16, angeblich nach einer Cop. sec. XIII. — *Böhmer* nr. 464; *Stumpf* nr. 620.

a) *B* cultu. b) *B* beneficia. c) *B* oportuna commoditate in eis. d) *B* videlicet. e) *B* om. que. 40
f) *B* episcopium. g) *B* honore. h) *B* Erchenboldus. i) *B* dimittentes. j) *G* ad. k) *G* tam.
l) *G* episcopi. m) *B* potestate. n) *B* nullius. o) *B* dictione. p) *G* episcopi. q) *B* Erchenboldo vel. r) *B* episcopii. s) *P* Quidilingenburge.